


**Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Stockman, Phil. & Med. D. ac Prof.  
Ad Exsequias Quas Pudicissimae Faeminae Annae Hassen/ Maritae suae  
desideratissimae cum animi aegritudine Maritus parat, Cives suos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77751737X>

Druck Freier  Zugang



33

Stockman, J.,  
in A. Hasse,  
uxor. D. Wolfrath.

Rostock, 1650.







RECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
JOACHIMVS STOCKMAN,  
Phil. & Med. D. ac Prof.


*ad Exsequias*

Quas

Pudicissimæ Faminæ


ANNÆ GROSSEN/  
Maritæ suæ desideratissimæ cum  
animi ægritudine Maritus  
parat,

*Cives suos in ædem B. Virgini sacram ad horam  
meridiei primam seculo invitat.*



ROSTOCHII,  
Typogr. NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. L.





Ria potissimum esse dicebat  
Plato, pro quibus DEO gratias  
agere soleret: primò, quod homi-  
nem ipsum fecisset, non bestiam:  
deinde quod inter Græcos non Barbaros ei patri-  
am assignasset: tertio, quod Philosophum ipsum  
esse, non idiotam, voluisset. Nos verò melioris  
disciplinæ alumni longè alio ordine digerimus  
Dei beneficia, ac proinde ad agendas Deo gratias  
stimulamur, dum cogitamus, DEUM inter om-  
nes creaturas nos fecisse homines ad imagi-  
nem ipsissimæ naturæ suæ: deinde, inter omnes  
homines nos Christianos esse voluisse, non paga-  
nos aut barbaros, extraneos à fœderibus promif-  
sionis, spem non habentes & Dei expertes in  
mundo: tertio, inter eos, qui se nomine ac titulo  
Christianorum venditant, nos verè fideles factos,  
in filios filiasq; Dei adoptatos, & præsentis Deo  
extitisse, non solum antequam essemus, sed ante-  
quam hic mundus fieret. Si enim mater præ-  
gnans liberos, quos nondum edidit, impensè  
amat: quanto tenerius & arctius tunc eos com-  
plectetur, cum jam eorum osculis potitur? Nihil  
igitur est, cur Plato, aut Philosophorum aliquis



sexum tantopere abhorreat famineum. Nam  
quamvis beneficium videatur, quod fortioris &  
spectatoris, virilis puta conditionis, fortunam  
nascenti impertit: ne inter infirmiora vasa, &  
quæ prævaricationis in mundum inductæ no-  
tantur adspergine recensearis: ad veram tamen  
solidamq; felicitatem illud nihil interest. Præstat  
unus justus aliis mille. Sic potior est unica in  
regno Dei pia & fidelis fæmina multis myriadi-  
bus virorum Principum, robustorum, regum,  
epulentorum, ac innumerabilibus infidelium  
turbis: propter quos natura & creatura omnis  
ingemiscit, & à quibus totus mundus liberatio-  
nem concupiscit: quosque distento rictu suo  
absorbet catervatim infernus, ceu catharmata  
exosa cælo, invisæ Angelis, & Sanctis omnibus  
abominanda. Signanter hoc Scriptura exprimit,  
quando in CHRISTO JESU non Judæum  
neq; Græcum, non servum neq; liberum, non  
masculum neq; fæminam, sed unum esse nos o-  
mnes asseverat. Obmutescat igitur insolens Pla-  
to, cedatq; mulieribus quæ pietatem professæ,  
& in CHRISTI peculium adscitæ omnes  
Philosophorum superciliosorum catervas facile  
contemunt & confundunt, idq; unum ex ani-  
mo semper agitant, & opere explere conantur.  
Agno-

Agnovit hæc omnia, & piâ assiduæ meditationis  
exercitatione in sanguinem & succum, quod  
ajunt, suum convertit sæmina honestissima atq;  
ornatissima ANNA Hassin/ quam novimus  
fuisse faculam pietatis, castitatis speculum, &  
virtutum suo sexu dignissimarum exemplar.  
Hanc nascentem in hac urbe nostra excepit anno  
currentis seculi decimo octavo, mense Aprilis,  
Pater JOACHIMUS HASSÆUS, Civis &  
œconomix Ecclesiasticæ quondam præpositus  
apud nos spectatissimus, cujus fratres fuere Cla-  
rissimus ille M. MARCUS HASSÆUS, SS.  
linguæ quondam in hac Academia Professor so-  
lertissimus, & MATTHIAS apud Perleber-  
genes in Marchiâ, dum viveret, Silentarius lon-  
gè gravissimus. MATREM defuncta habuit  
cordatissimam matronam GERTRUDIN  
ALBINIAM, viri consultissimi DN. JOACHI-  
MI ALBINI J. V. D. & in Dicasterio Meck-  
lenburgico Fisci Patroni, ut & Advocati quon-  
dam meritissimi Sororem. Avum paternum ha-  
buit virum prudentissimum MATTHIAM  
Hassen / Civitatis Havelbergensis in Marchia  
Consulem quondam honoratissimum: Aviam  
paternam ANNAM Salmans/ Consulis ibi-  
dem filiam. Eminuit quoq; avus maternus vic  
A 3 amplis-


amplissimus & Consultissimus DN. JOANNES  
ALBINUS, J. V. D. Illustrissimorum Princi-  
pum Mecklenburgicorum quondam Consilia-  
rius, & Academiæ hujus Professor laudatissimus.  
Avia materna GERTRUDIS, M. JOACHIMI  
LUSCHOVII, Civis quondam apud nos pri-  
marij, filia fuit. Sorores germanas habuit duas,  
GERTRUDIN scilicet, viri integerrimi DN.  
MARCI LUSCHOVII junioris, Civis apud  
nos spectatissimi Conjugem, dum vita manebat,  
charissimam; & SOPHIAM, quæ anno supra  
millesimum sexcentesium trigesimo quinto  
d. XXV. Febr. heic Rostochii, cum vix vigesi-  
mum primum ætatis annum attigisset, placidè  
obdormivit. Fratrem germanum piè demortua  
habuit unicum, BERNHARDUM *Hassen*/ Ci-  
vem apud Sternbergenses primarium, qui solus  
adhuc in vivis. Sororem autem consanguineam  
vidit unicam, CATHARINAM, DN. THEO-  
DORI *Barmeyers*/ J. V. D. Judicij Provincialis  
Advocati, & Ducalis Consistorij, quod heic est  
Rostochij, Procuratoris Conjugem, dum hali-  
tum vitalem duceret, suavissimã. Fratrem quoq;  
consanguineum habuit unicum DN. JOACHI-  
MUM HASSÆUM J. V. D. & Dicasterij Provin-  
cialis, quod est in Ducatu nostro Megapolitano,  
Advocatum, virum non modò juris scientissimū,  
sed

sed etiam formularum ac forensis usus callentis-  
simū, quem vulgus bonū Practicū appellare con-  
suevit. Ex his progenitoribus florentissimis Ma-  
caritis nostra originem traxit, ab iisq; CHRISTO  
Servatori per lavacrum regenerationis infera est  
Cum verò pater ejus maturé fatis concessisset, à  
matre postea & superinducto vitrico DN. FRI-  
DERICO MUNDRICHIO, qui vivus vidensq;  
in inclyto judicio Provinciali, Primicerius erat  
notariorum (quem vulgus voce hybridâ Proto-  
notarium vocitat) ut & Registrator maximè in-  
dustrius. (ita enim appellatur hodie, qui in re-  
gesta, sive publicos codices refert) in timore Do-  
mini educata fuit. Matre in super defunctâ curâ  
& educationi sororis germanæ GERTRUDIS  
commissa fuit, quæ indolem optimam præsertim  
examussitavit, & ad nubilitatis annos per quoti-  
diana incrementa pietatis ac probatæ morum ve-  
nustatis provexit. In caluitharum ce dotium amo-  
re vir prudentissimus DN. DIETERICUS Wols-  
rath/ Senator hujus Reip. gravissimus: qui eam  
decenter ex ambitam anno clō Ibc XLII. d.  
XXXI. Octobr. in consortium thalami & indivi-  
duæ vitæ consuetudinem accepit. Conjugium  
suavi animorum & corporum mixtione lætoq;  
commercio junctæ pietatis & jugis devotionis  
exercitatione perquam commendabile fuit. Ac  
cheu

eheu quàm breve! Cum enim d. XIV. Aprilis, ipsa  
feriâ primâ Paschatos Christiani, intra tertiam &  
quartam pomeridianam felici partu edidisset fi-  
liolum (qui d. XVI. ejusdem mensis Sacris initia-  
tus & JOACHIMUS GEORGIUS cognomi-  
natus est) nec initio puerperij graviora sympto-  
mata pati ulla videretur, postea tamen ea accu-  
mulata sunt adeo, ut omnem Medicorum indu-  
striam malo superante, paucorum dierum spacio  
viribus ægra deficeret, & d. XXI. April. circa  
quintam matutinam diem suum quam placidif-  
simè obiret, cum triginta tantum & tres annos  
explevisset, magno Mariti luctu & lamentabili  
casu, non tamen casu. Candidata enim erat æter-  
nitatis: idcirco ad hanc maturè consummata fe-  
stinavit Malebat enim promissæ à CHRISTO  
hæreditatis possessionem in cælesti patria appre-  
hendere, quàm syngrapham, ejus verbo & Sacra-  
mentis consignatam, diutius in hac vita retinere.

Agite Academia Civis, & honestissimæ fæ-  
minæ id, quod postremum desiderasse potuit,  
officium tribuite, mecumq; hodie illius exse-  
quias frequenti comitatu celebrate. Ipsi vos  
valete bene. P. P. d. XXIV. April.

AN, clō lōc L.













sed etiam formularum ac for-  
simū, quem vulgus bonū Prae-  
suevit-Ex his progenitoribus  
caritis nostra originem traxit,  
Servatori per lavacrum regen-  
Cum verò pater ejus mature  
matre postea & superinducto  
DERICO MUNDRICHIO,  
in inlyto judicio Provinciali  
notariorum (quem vulgus vo-  
notarium vocitat) ut & Regi-  
dustrius. (ita enim appellat  
gesta, sive publicos codices re-  
mini educata fuit. Matre insu-  
& educationi sororis germana  
commissa fuit, quæ indolem o-  
examussitavit, & ad nubilitati-  
diana incrementa pietatis ac p-  
nustatis provexit. Incaluitharu-  
re vir prudentissimus DN. DI-  
rath/ Senator hujus Reip. gra-  
decenter exambitam anno c  
XXXI. Octobr. in consortium  
duæ vitæ consuetudinem ac  
suavi animorum & corporum  
commercio junctæ pietatis &  
exercitatione perquam com-

callentis-  
lare con-  
mis Ma-  
CRISTO  
sferre est  
ssisset, à  
N. FRI-  
vidensq;  
rius erat  
â Proto-  
ximè in-  
qui in re-  
ore Do-  
ctâ curæ  
RUDIS  
æsertim  
er quoti-  
rum ve-  
um amo-  
IS Wolf-  
qui eam  
LIIX. d.  
& indivi-  
jugium  
e latoq;  
votionis  
fuit. At  
cheu

